

2221

## A S C E T I C I.

2222

*est, beatas fore respublicas si eas sapientie professores gubernauerint &c. Ad rem magis accedit his verbis: Itaque pater in christo reuerende et michi preceptor prestantissime quoniam fama vestra nomen bonum habet quod post susceptum cure pastoralis officium zelus vestraque caritas feliciter inardescit velle et mala amouendo et bona promouendo curam pastorem ut ait paulus ad thymoteum fideliter et diligenter gerere. Visum est non esse inutile super hac arte arcium animarum regendarum que ut patet in pastorali gregoriij ponderatissima est. aliqua qualiacunque auisamenta scribere sub vestre tamen paternitatis benigna correctione &c. Si quid video, Job. Gersonii est Epistola ad Petrum de Alliaco a. 1395. ad Infulas Aniciensis adsumtum, quem, quod in decennium Theologiam docentem audivisset, Praeceptorem suum compellere in more habuit. Latuit ea, ut videtur, Procuratores Editionis Gerson. quam Dupinianam vocant, locanda ejus Edit. Tomo II. Parte 4. Opportunissima porro est novis Pastoribus. Libri, quos commendat, sunt: Vite patrum. collationes patrum. pastorale gregorii. lactantius de diuinis institutionibus. euangelia sed maxime Jo. et luce. Epistole pauli. Decretum manipulusque curatorum (Guid. de Monte Rocher). uita christi de recenti compilata (Ludolphi Sax. Carthusiani?) etiam 2<sup>a</sup> 2<sup>i</sup> sancti thome. Summa de vicijs et virtutibus (Guil. Peraldi) et tractatu-*

*li varij qui iam parisijs inueniuntur &c. Sub finem V. Puncta maxime commendat: Iteratas Synodos provinciales; in conferendis beneficiis nullius nisi scientiae et virtutis respectum; in Synodis et Praedicationibus inculcare Decalogum, Opera caritatis, bonorum operum fructus, terrorem iudicii, inferni et mortis; propriam in Examine promovendorum aut ordinandorum praesentiam; demum insertionem horum Monitorum in Pontificale, et distributionem Exemplarium descriptorum inter Episcopos et Curiales Romanos.*

## DLXXXII.

Codex chartaceus germ. Sec. <sup>441</sup> partim XV. partim XVI. Folior. <sup>442</sup> 103. 4. currente calamo exaratus complectitur: I. Cordiale quatuor Novissimorum, opusculum post editionem Colon. per Petrum de Olpe 1477. 4. quam principem putem, Sec. XV. frequentius pluribus linguis impressum, cujus Autorem ignoro, nisi is sit Jacobus Gruytradius Carthuf. cui Bibliographi Tractatum de Quatuor Novissimis adsignant, quin uni alicui adlubuisset ejus nobis initium tradere. Titulus germanice sonat: Dis ist das buoch des Hertzen vnd suit von den fier letsten suchen. Initium: Gedenk an die letsten Zit So sündest du ewenlichen niemer &c. Abrumpitur in Cap. inscripto: Wie men gerlay vnderschaid ist der Hetschen pin vnd wievil eigenschaf ten,

2223

## C O D I C E S

2224

ten, ad illa Bernardi verba: *Das wachen die sorg das vasten die arbeit — — . Dionysii Rikelii* itidem Carth. Tractatus de eodem argumento incipit: *Gens absque consilio &c.*

II. fol. 86. sequuntur Excerpta ex Operibus Job. Tauleri O. P. viri in Theologia, quam mysticam seu affectivam vocant, magni nominis, et apud *Argentines* anno 1361. tumulati, de quo post *Quetif.* et *Echard.* qui T. I. p. 678. anno 1379. mortuum volunt, videnda erudita *J. Jac. Beckii* Commentatio Praefide Cl. *Fer. Jac. Oberlino Argentorati* prolata 1786. 4. qua *Dietho Vernacula et Mystica* Doctoris nostri *Illuminati* praecipue expenditur. Excerpta haec partim agunt de Invitatis ad Nuptias Dei, partim de Nativitate spi-

rituali, partim piis ad Deum Precationibus, mentisque effusionibus constant. Initium: *Es ist ein verborgen Art grund böser Menschen dero bosheit so tieff jm herzen steckt, das nit allain die ganz welt sonder auch sie selbst erkennen &c.* Inter Precationes comparet vernacule reditus Hymnus: *Veni Creator Spiritus &c.* ita: *Komm du Schöpffer b. Geist besuch die herzen deiner glaubigen erfull mit himlischen gnaden alle die du hast geschaffen &c.* Excerpta isthaec a quodam *Zwinglianarum* partium Adfecta Sec. XVI. ineunte proficisci suadent ea, quae sequuntur.

III. fol. 109. Rhythmi de variis Argumentis Theologicis. Primus inscribitur *der Tod*, et incipit:

*Ich bais der tod und für zum leben  
Wer christum glaubt vermerck mich eben  
Lass dir nit also ab mir grauwen  
On mich magstu gott nit anschauwen &c.*

Sequuntur alii de Adulterio, de *fianis*, de Bestia Apocalyptica, in quo:

*Das thier wirt auch ein track genemmt  
Lutber batts für den pabst erkennt &c.*

Alius instar professionis fidei hoc initio:

*Mich schilt mancher ain alten kätzer  
Sag ich er sey ain luge schwätzer  
Diweil er mir ain Namen geit  
Darin er selber topplet leit  
Ich such Christum allain bey Gott  
Vnd er sucht In bey wein vnd brott*

Ich

2225

A S C E T I C I

2226

*Ich such Christum allain Im gaisst  
Er sucht Christum leiplich Im flaysch  
Ich such Gotts reich In Christus plut  
Das er am Creutz vergiessen thut  
Für meine sünd, mein glaub bekennt  
Er sucht Christum Im Sacrament &c.*

Alius inscribitur *der Schalcksstull* e *Psal. I. v. 1.* et Alii quidam breviores. Autor nullibi proditur.

DLXXXIII.

718 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 69. 4. luculente exaratus, rubricis distinctus, et ad calcem ita signatus: *Daniel van Zürck. Anno 1636. In Hamburg;* continet: I. dialecto Germaniae infer. Tractatum de quatuor *Novissimis*, quem jam Cod. gemino praeced. inscriptum *Cordiale* vel etiam *Cardinale* indicavi. Init ille: *Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Dese woerde* — — sed cum Folium hic non nihil concerptum fit, adscribam *Capitis 1.* cujus Rubrica: *Die erste capittel van der lichaemliker doot*, initium: *Di erste van desen IV. vtersten Dat den menschen &c.* Finis: *Och of sij smaecken en verstonden En die vterste dinghen voersaghen.* Non semel editus Libellus Sec. XV. ut dixi ad *Codd. supracit.* ubi etiam de Autore conjectavi.

II. fol. 43. *Dit es boe een geestelic mensche sinem Vrient Enen goeden brief sant.* Quasi dicas Epistolam ab Homine pio ad

Amicum datam, qua contemptus Caducorum, metus aeterni supplicii &c. ingeritur, adjunctis *tribus* aliis Documentis: de Fundamento Vitae spiritualis, de cogitando Deo, et de vitando Peccato. Initium: *Lieue orient in gode gbemint. Wilt altoes voer ogen bebben dat eweghe goet dat god es &c.*

III. fol. 49. *Dit syn die beilege X. gebode.* Itaque Expositio Decalogi, quae incipit: *Sente matheus die ewangeliste screef in der beilegben ewangelien die men leest in groot vastelauonde Dat ons ber ihesus christus sprac Totten viant Zathanas Men sal enen god aenbeden &c.* Cum Evangelium de Tentatione Christi *Matth. C. 4.* legatur in Ecclesia Dominica I. Quadrag. five *Invocabit*, to *Vastelavond*, quod quidam ad diem Lunae post Dom. *Esto mihi* restringunt, autoris nostri aevo cum adposito *groot* ipsam primam Quadragesimae Dominicam significasse videtur. Ac si dicas *magnam Jejunii Vesperam* seu *Vigiliam.*

DLXXXIV.

Codex partim membraneus, 788 partim chartaceus Sec. XV. 8. Folior. nunc 144. currente calamo